

Viri eximie, et percussisse contentus illepidum Epigramma
quod expressisse mihi occupatissimo fateor et amorem tui
et Boetij. naturam humanitatem, tenebris damnato potius
quam ut hoc fumo lectorum oculos inde a limine offendi
patiaris ad fulgorem operis tui avidei comparatos. Scribe
bam Hagae Com: vii. Id. Febr: MDCCXXXIX.
Tuis.

Si quid rarissimo contingere tibi scio
vacare aliquando lectioni posses bis
mille versiculorum operis vernaculi
in gratiam olim et rogatus ejus quam
nominavi, insituti, obituque intemptivo
abrupti, neque hactenus domo egressi aut
cuquam visi, facerent legundi copiam
modo perferendi tuto et securi offerretur
tuta et securas. At enim interpellari te
iniquum est his insanis.

Vincentio Fabricio. ⁽²⁷²⁾
Qua fronte me Fabrici praestantissimo, respondere tibi tam
soto censes, tam docto, tam amice compellanti: qua nimirum
liberatissimis quibusque et humanissimis amicorum
soleo, qui quotidie me literis Libellique librisque et
ejusmodi muneribus advenies, adeo turbulenta sortis meae
gnari sunt, ut quam longissimis rescribenti intervallis, pro
sus succensere desuerint desuenerint. Ergo qui in doctissimis
pridem nobis es, inter humanissimos censeari patere, et
haec toto post trimestri reponentem admittes animo non
exulcerato. Testor enim communes Musas, quarum propitio
numini quanto plus quotidie debeas Poematum tuorum
altera haec editio, illustre documentum est, charum mihi
et pretiosum esse amicitiae tuae pignus, neque commu
surum ut in spreto vel neglecti suspicionem veniam,
sicubi rerum tuarum ratio exiget, ut ope, vel officii mei
augeri vel ornari debeant. Hactenus enim in commercio
verbarum sumus, quae ut ab aula fuce non videantur
aliena, affectu tamen et effectu firmabuntur, quoties
tu voles, ego potero, qui te valere jubet Vir doctissime
amantissimo tui
s. Mart. id 39.
C. H.

Bartho. ⁽²⁷³⁾
Amplissime Bartho.
Inter amicitiae, qua me dignaris commoda est, quae et
loquentem pari semper studio et affectu admittis, et
silenti non succenset, egregia utrinque ^{invenio} ~~est~~ tamen tate,
et rebus